

AÑO IV.

Sábado 25 de Octubre de 1862.

NÚM. 20.

OFICIAL DEL

BOLETIN ECLESIÁSTICO

DEL

OBISPADO DE PLASENCIA.

ESTA PUBLICACION OFICIAL TIENE POR OBJETO EL FACILITAR EL GOBIERNO DE LA DIÓCESIS. SALDRÁ DOS VECES AL MES, EN LOS DÍAS QUE DISPONGA EL PRELADO. SE HARÁN LAS SUSCRIPCIONES EN LA SECRETARÍA DE CÁMARA Á DIEZ REALES CADA SEMESTRE ADEANTADOS, Y TAMBIÉN LAS RECLAMACIONES DE LOS NÚMEROS QUE NO LLEGUEN Á SU DESTINO.

SECRETARÍA DE CÁMARA.

EDICTO PARA ÓRDENES.

S. S. I. el Obispo mi Señor ha determinado celebrar Órdenes generales, mayores y menores en las próximas Témporas del mes de Diciembre. Los aspirantes presentarán en esta Secretaría de Cámara, en el término de treinta días, á contar desde la fecha, los documentos necesarios, según está prevenido en anteriores decretos. Los exámenes para los que sean admitidos tendrán lugar en el sitio de costumbre el dia dos del próximo Diciembre. — Plasencia. 22 de Octubre de 1862. — Dr. Juan María Ferreira Rodríguez, Pbro. Srio.

TEXTO LATINO
DE LA
ALOCUCION DE SU SANTIDAD,

PRONUNCIADA DELANTE DE LOS CARDENALES DE LA
SANTA IGLESIA ROMANA, PATRIARCAS, PRIMADOS, ARZOBISPOS
Y OBISPOS REUNIDOS EN ROMA
PARA LA CEREMONIA SOLEMNE DE LA CANONIZACION
DE LOS MÁRTIRES DEL JAPÓN Y DEL BEATO
MIGUEL DE LOS SANTOS.

Venerabiles Fratres:

Maxima quidem lætitia affecti fuimus, Venerabiles
Fratres, cum Sanctorum honores et cultum, Deo bene
juvante, septem et viginti invictissimis. divinæ nostræ
Religionis heroibus hesterno die decernere potuerimus,
Vobis lateri Nostro adstantibus, qui egregia pietate ac
virtute prædicti, et in sollicitudinis Nostræ partem vocali
in hac tanta temporum asperitate strenue didimicantes
pro Domo Israel summo Nobis solatio et consolatione
estis. Utinam vero dum hujusmodi perfundimur gaudio,
nulla mœroris, luctusque causa Nos aliundé contristaret!
Non possumus enim non vehementer dolere et angui-
cum videamus tristissima, et nunquam satis deplorau-
da mala ac damnata, quibus cum per magno animarum
detrimento catholica nunc Ecclesia, et ipsa civilis so-
cetas miserandum in modum premitur ac divexatur.
Optime enim noscitis, Venerabiles Fratres, teterimum
sanè bellum contra rem catholicam universam ab iis ho-
minibus conflatum, qui inimici Crucis Christi sanam
non sustinentes doctrinam, ac nefaria inter se societate

conjuncti quæcumque ignorant, blasphemant, ac prævis eujusque generis artibus Sanctissimæ nostræ Religionis, et humanæ societatis fundamenta labefactare. immo, si fieri inquam posset, penitus cvertere, omniumque animos, mentesque pernicioxiis quibusque erroribus imbuere, corrumpere, et à catholica Religione ayeillere moliuntur.

Nimirum callidissimi isti frandum artifices, et fabricatores mendacii non cessant monstro a quæque veterum errorum portenta jam sapientissimis scriptis totius profligata ac depulsa, gravissimoque Ecclesiæ iudicio damnata è tenebris excitare, eaquæ novis, variis & fallacissimis formis verbisque expressa exaggerare, modis omnibus usquequaque disseminare. Hac subtestissima ac diabolica porsus arte rerum omnium scientiam contaminant, deturpant, mortiferum ad animarum perniciem virus diffundunt, effrenatam vivendi liceniam, et pravas quasque cupiditates sovent, religiosum & socialem ordinem invertunt, et omnem iustitiae, veritatis, juris, honestatis et religionis ideam extinguere conantur, et sanctissima Christi degmata, doctrinam irritant, contemnunt, oppugnant. Horret quidem refugiturque animus, ac reformidat vel leniter attingere præcipuos tantum pestiferosque errores, quibus hujusmodi homines miserrimis hisce temporibus divina et humana cum la p rmisceant.

Nemo Vestrum ignorat, Venerabiles Fratres, ab hujusmodi hominibus planè destrui necessariam illam coherentiam, quæ Dei voluntate intercedit inter utrumque ordinem, qui tūm in natura, tūm supra naturam est, itemque ab ipsis omnino inutari, subversi, deleri propriam, veram germanamque divinæ revelationis indeclinabilem, auctoritatem, Ecclesiæque constitutionem et po-

testatem. Atque eò opinandi temeritate progrediuntur, ut omnem veritatem, omnemque legem, potestatem et jus divinæ originis audacissimè denegare non metuant. Siquidem haud erubescunt asserere, philosophicarum rerum, morumque scientiam, itemque civiles leges posse et debere à divina revelatione, et Ecclesiæ auctoritate declinare, et Ecclesiam non esse veram perfectamque societatem planè liberam, nec pollere sui propriis et constantibus juribus sibi à divino suo Fundatore collatis, sed civilis potestatis esse definire, quæ sint Ecclesiæ jura et limites, intra quos eadem jura exercere queat. Hinc perversé comminiscuntur, civilem potestatem posse se immiscere rebus, quæ ad religionem, mores et regimen spirituale pertinent, atque etiam impedire, quominus Sacrorum Antistites et fideles populi cum Romano Pontifice Supremo totius Ecclesiæ Pastore divinitus constituto liberè ac mutuo communicent, ut planè dissolvatur necessaria et arctissima illa conjunctio, quæ inter membra mystici corporis Christi, et ad spectabile suum Caput ex divina ipsius Christi Domini institutione esse omnino debet. Nihil vero timent omni fallacia ac dolo in vulgus proferre, sacros Ecclesiæ ministros, Romanumque Pontificem ab omni rerum temporalium jure ac dominio esse omnino excludendos.

Summa præterea impudentia asserere non dubitant, divinam revelationem non solum nihil prodesse, verum etiam nocere hominis perfectioni, ipsamque divinam revelationem esse imperfectam, et iccirco subjectam *continuo et indefinito* progressui, qui humanæ rationis progressioni respondeat. Nec verentur proinde jactare, prophetias et miracula in Sacris Literis exposita et narrata esse poëtarum commenta, et sacrosancta divinæ fidei nostræ mysteria philosophicarum investigationum sum-

mam, ac divinis utriusque testamenti libris mythica con-
tineri inventa, et ipsum Dominum nostrum Jesum Christum, horribile dictu! mythicam esse fictionem. Quare hi turbulentissimi perversorum dogmatum cultores blate-
rant, morum leges divina haud egerē sanctione, et mi-
nimē opus esse, ut humanae leges ad naturae jus confor-
mentur, aut obligandi vim a Deo accipiant, ac propterea
asserunt, nullam divinam existere legem. Insuper insi-
ciari audent omnem Dei in homines mundumque actio-
nem, ac temerē affirmant humanam orationem nullo pror-
sus Dei respectu habito, unicum esse veri et falsi, boni
et mali arbitrum, eandemque humanam rationem sibi
ipsi esse legem, ac naturalibus suis viribus ad hominum
ac populorum bonum curandum sufficere. Cum autem
omnes religionis veritates ex nativa humanae rationis vi
perverse derivare audeant, tum cuique homini quoddam
veluti primarium jus tribuunt, ex quo possit liberē de
religione cogitare et loqui, eumque Deo honorem et cul-
sum exhibere, quem pro suo libito meliorem existimat.

At vero eō impietatis et impudentiae deveniunt, ut
celum petere, ac Deum ipsum de medio tollere conentur.
Insigni enim improbitate ac pari stultitia haud timent
asserere, nullum supremum sapientissimum providen-
tissimumque Numen divinum existere ab hac rerum uni-
versitate distinctum, ac Deum idem esse ac rerum na-
turam, et sic circò immutationibus obnoxium. Deumque
reapere fieri in homine et mundo, atque omnia Deum esse,
et ipsissimam Dei habere substantiam, ac unam eam-
demque rem esse Deum cum mundo, ac proinde spiritum
cum materia, necessitatem cum libertate, verum cum
falso, bonum cum malo, et justum cum injusto. Quò
erte nihil dementius, nihil magis impium, nihil contra
ipsam rationem magis repugnans fangi et excogitari un-

quam potest. De auctoritate autem et jure ita temere effundunt, ut impudenter dicant, autoritatem nihil aliud esse, nisi numeri, et materialium virium summam, ac jus in materiali facto consistere, et omnia hominum officia esse nomen inane, et omnia humana facta juris vim habere.

Jam porro commenta commentis, deliramenta deliramentis cumulantes, et omnem legitimam auctoritatem, atque omnia legitima jura, obligationes, officia conculcantes nihil dubitant in veri legitimeque juris locum substituere falsa ac mentita virium jura, ac morum ordinem rerum materialium ordini subjicerent. Neque alias vires agnoscunt, nisi illas, quae in materia positae sunt, et omnem morum disciplinam honestatemque collocant in cumulandis et augendis quovis modo divitiis, et in pravis quibusque voluptatibus explendis. Atque hisce nefariis abominandisque principiis reprobum carnis spiritui rebellis sensum tuentur, fovent, extollunt, illique naturales dotes ac jura tribuunt, quae per catholicam doctrinam conculcari dicunt, omnino despicientes monitum Apostoli clamantis «si secundum carnem vixeritis moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis» (1). Omnia praelere à legitimæ cujusque proprietatis jura invadere, destruere contendunt, ac perperam animo et cogitatione configunt et imaginantur jus quoddam *nullis circumscriptum limitibus*, quo reipublicæ Statum pollere existimant, quem omnium iurium originem et fontem esse temere arbitrantur.

Dum vero hos præcipuos infelicissimæ nostræ ætatis errores dolenter ac raptim perstringimus, recensere omissimus, Venerabiles Fratres, tot alias ferè innumerabi-

(1) Ad Rom. c. VIII v. 23.

les falsitates et fraudes Vobis apprime notas ac perspectas, quibus Dei hominumque hostes rem, tum sacram tum publicam, perturbare et convellere connituntur. Ac silentio prætermittimus multiplices gravissimas que injurias, calumnias, convicia, quibus sacros Ecclesiæ ministros, et hanc Apostolicam Sedem dilacerare et insecurari non desinunt. Nihil loquimur de iniqua sane hypocrisi, qua funestissimæ in Italia præsertim perturbationis ac rebellionis duces et satellites dictitant, se velle Ecclesiam sua gaudere libertate, dum sacrilego prorsus ausu omnia ipsius Ecclesiæ jura et leges quotidie magis proculcant, ejusque bona diripiunt, et Sacrorum Antistites, ecclesiasticosque viros suo munere præclare fungentes quoquomodo divexant, et in carcerem detrudunt, et Religiosorum Ordinum Alumnos, ac Virgines Deo sacras e suis cœnobiis violenter exturbant, suisque propriis bonis spoliant, nihilque intentatum relinquunt, ut ipsam Ecclesiam in turpissimam redigant servitutem, et opprimant. Ac dum singularem certe ex optatissima Vestra præsentia voluptatem percipimus, Vos ipsi videlicet, quam libertatem nunc habeant Venerabiles Fratres Sacrorum in Italia Antistites, qui strenue constanterque prælia prælia Domini minimè potuerunt cum summo animi Nostri dolore, adversantium opera, ad Nos venire, et inter Vos versari, atque huic adesse conveniui, quod summoperé optavissent, quemadmodum infelicitis Italiæ Archiepiscopi et Episcopi suis Litteris summi erga Nos, et hanc Sanctam Sedem amoris et obsequi plenissimis significarunt. Neminem etiam ex Sacrorum in Lusitania Antistitibus hic adesse cernitis, ac non parum dolem is, inspecta difficultatum natura, quæ obstiterunt quominus ipsi romani iter aggredi possent.

Recensere autem omissimus tot alia sane tristia e

horrenda, quæ ab hisce perversarum doctrinarum cultoribus cum incredibili Nostro ac Vestro et omnium bonorum luctu patrantur. Nihil item dicimus de impia conspiratione et pravis cujusque generis molitionibus ac fallaciis, quibus civilem hujus Apostolicæ Sedis principatum omnino everttere ac destruere volunt. Juvat potius hac de re commemorare miram prorsus consensionem, qua Vos ipsi una cum aliis Venerabilibus Fratribus universi catholici orbis Sacrorum Antistibus nunquam intermisistis, et epistolis ad Nos datis, et pastoribus litterris ad fideles scriptis, hujusmodi fallacias detectare, refutare, ac simul docere hunc civilem Sanctæ Sedis principatum Romano Pontifici fuisse singulari divinæ providentiæ consilio datum, illumque necessarium esse, ut idem Romanus Pontifex nulli unquam Principi aut civili potestati subjectus, supremam universi Dominici gregis pascendi regendique potestatem, auctoritatemque ab ipso Christo Domino divinitùs acceptam, per universam Ecclesiam plenissima libertate exercere, ac majori ejusdem Ecclesiæ, et fidelium bono, utilitati et indigentiis consulere possit.

Quæ hactenùs lamentati sumus, Venerabiles Fratres, luctuosum planè exhibent spectaculum. Quis enim non videt tot pravorum dogmatum iniquitate, ac tot nequissimis deliramentis et machinationibus magis in dies christianum populum misere corrumpi, et ad exitium impelli, et Catholicam Ecclesiam, ejusque salutarem doctrinam ac veneranda jura et leges, sacrosque ministros oppugnari, et iccirco omnia vitia et scelera invalescere ac propagari, et ipsam civilem societatem exagitari?

Nos itaque Apostolici Nostri ministerii probe memores, ac de spirituali omnium populorum bono et salute nobis divinitùs commissa vel maximè solliciti, cum

«aliter» ut Sanctissimi decessoris Nostri Leonis verbis
utamur «Nobis commissos regere non possimus, nisi
hos, qui sunt perditores et perditi, zelo fidei Dominicæ
persequamur, et à sanis mentibus, ne pestis hæc latius
divulgetur, severitate qua possumus, abscindamus» (1),
in hoc amplissimo Vestro conssesu Apostolicam Nostram
attolentes vocem, omnes commemoratos præsertim erro-
res non solum catholicæ fidei ac doctrinæ, divinis ecclæ-
siasticisque legibus, verum etiam ipsi sempiternæ ac
naturali legi et justitiæ, rectæque rationi omnino repug-
nantes et summoperè adversos reprobamus, proseribi-
mus atque damnamus.

Vos autem, Venerabiles Fratres, qui estis sal terræ,
et Dominici gregis Custodes, ac Pastores, etiam atque
etiam excitamus et obtestamur, ut pro eximia Vestra re-
ligione et episcopali zelo pergatis, veluti adhuc cum sum-
ma Vestri Ordinis laude fecistis, omni cura, sedulitate
et studio fideles Vobis traditos ab hisce venenatis pascuis
arcere, et qua voce, qua opportunis scriptis tot pver-
sarum opinionum monstra resellere et profligare. Opti-
mè enim scitis de suma re agi, cum agatur de sanctis-
simæ fidei nostræ, ac de Catholicæ Ecclesiæ, ejusque
doctrinæ causa, de populorum salute, et humanæ socie-
tatis bono ac tranquillitate. Itaque, quantum in Vobis
est, ne desinatis unquam à fidelibus avertere tam diræ
pestis contagia, id est ab eorum oculis manibusque per-
niciosos libros et ephemerides eripere, ipsosque fideles
sanctissimis augustæ nostræ Religionis præceptionibus
assiduè imbuere et erudire, ac monere et exhortari, ut
ab hisce iniquitatis magistris tamquam à facie colubri

(1) Epist. 7.^a ad Episcop. per Ital., c. 2.^a ed Vall.

effugiant. Pergite Vestras omnes curas cogitationesque in id potissimum conferre, ut Clerus sanctè scienterque instituatur, omnibusque virtutibus fulgeat, ut utriusque sexūs juventus ad morum honestatem, pietatem, omnemque virtutein sedulo formetur, ut salutaris sit studiorum ratio. Ac diligentissimè advigilate et prospicite, ne in humaniores litteras, severioresque disciplinas tradendas aliquid unquam irrepat quod fidei, religioni, bonisque moribus aduersetur. Viriliter agite, Venerabiles Fratres, et ne animo umquam concidatis in hac tanta temporum perturbatione et iniquitate, sed divino auxilio omnino freti, ac *sumentes in omnibus scutum inexpugnabile æquitatis et fidei, atque assumentes gladium spiritus quod est verbum Dei*, ne intermittatis omnium Catholicae Ecclesiae, et hujus Apostolicæ Sedis hostium conatibus obsistere, eorumque tela retundere et impetus frangere.

Interim vero dies noctesque, sublatis ad cœlum oculis, non desistamus, Venerabiles Fratres, clementissimum misericordiarum Patrem, et Deum totius consolationis, qui de tenebris facit lucem splendescere, qui potens est de lapidibus suscitat filios Abrahæ, in humilitate cordis nostris ferventissimis precibus indesinenter orare et obsecrare, ut per merita Unigeniti Filii Sui Domini Nostri Jesu Christi velit christianæ et civili reipublicæ auxiliariam porrigere dexteram, omnesque disperdere errores et impietates, ac divinæ suæ gratiæ lumine omnium errantium mentes illustrare illosque ad se convertere et revocare, quo Ecclesia sua Sancta optissimam assequatur pacem, et ubique terrarum majora in dies incrementa suscipiat, ac prosperè vigeat et efflorescat. Ut autem quæ petimus et quærimus facilius consequi possimus, ne cessemus adhibere primum depreca-

tricem apud Deum Immaculatam Sanctissimamque Deiparam Virginem Mariam, quæ misericordissima, et amantissima nostrum omnium Mater cunctas semper interemit hæreses, et cuius nullum apud Deum præsentius partocinium. Petamus quoque suffragia tum Sancti ejusdem Virginis Sponsi Josephi, tum sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, omniumque cœlitum, et illorum præsertim, quos nuper Sanctorum fastis adscriptos colimus et veneramur.

Antequam vero dicendi finem faciamus Nobis temperare non possumus, quin iterum testemor et confirmemus, summa Nos uti consolatione, dum jucundissimo, Vestrum omnium conspectu fruimur, Venerabiles Fratres, qui tanta fide, pietate et observantia Nobis et huic Petri Cathedræ firmiter obstricti, ac ministerium Vestrum impletentes majorem Dei gloriam, et animarum salutem omni studio procurare gloriarnini, qui que concordissimis animis, atque admirabili sane cura et amore una cum aliis Venerabilibus Fratribus totius catholici orbis Episcopis et fidelibus Vestrae et illorum curæ commissis, gravissimas Nostras angustias et acerbitates modis omnibus lenire et sublevare non desinitis. Quocirca hac etiam occasione amantissimi æqué ac gratissimi animi Nostri sensus erga Vos, et alios omnes, Venerabiles Fratres, et ipsos fideles amplissimis verbis palam publice que profitemur. A Vobis autem exposcimus, ut cum ad Vestrás redieritis Diœceses velitis eisdem fidelibus vestrae vigilantiæ concreditis hos animi Nostri sensus Nostro nomine nuntiare, illosque certiores facere de paterna Nostra in illos charitate deque Apostolica Benedictio ne, quam ex intimo corde prosectam, et cum omnis vere felicitatis voto conjunctam Vobis ipsis, Venerabiles Fratres, et eisdem fidelibus impertire vehementer lætamur.

MINISTERIO DE GRACIA Y JUSTICIA.

NEGOCIADO 1.º — CIRCULAR.

Hmo. Sr.—Por el Ministerio de Hacienda se dijo á este de Gracia y Justicia, en Real órden, fecha 28 de Mayo último, lo que sigue:

«Exmo. Sr.: He dado cuenta á la Reina (q. D. g.) de la resolucion que V. E. se sirvió comunicar á este Ministerio de Real órden, con fecha 14 de Febrero último, recaida en el expediente instruido en el del digno cargo de V. E. con motivo de la suspension á los Seminarios Conciliares del pago de intereses de las Inscripciones que se les han emitido por sus bienes enagenados, en la que se dispone se justifique á este Ministerio la conveniencia de que por el mismo se adopten las medidas convenientes para que continúe el pago suspendido y sigan su curso las liquidaciones que tambien se hallan en suspensó, poniéndose de acuerdo ambos Ministerios acerca de las medidas que convenga tomar para que por ello no resulten perjudicados los intereses del Estado, y acompañando para mayor ilustracion de este estremo, copia del parecer que las Secciones de Gracia y Justicia y Hacienda del Consejo de Estado han emitido sobre el particular:—Visto detenidamente el informe de las citadas Secciones, en el cual, á la vez que se opina por la continuacion del pago de los intereses y se consigna el derecho de los Seminarios á recibir las Inscripciones intransferibles del 3 por 100 que les correspondan por sus bienes enagenados, cuyo derecho no se ha puesto en duda por este Ministerio, se reconoce que el importe de la renta que produzcan las Inscripciones debe ser tomado en cuenta para mante-

ner ó modificar en los presupuestos sucesivos las subvenciones asignadas á dichos Seminario en la Sección de obligaciones Eclesiásticas:—Visto el artículo 35 del Concordato de 16 de Marzo de 1851, que con relación á los Seminarios, se limita á consignar en su párrafo primero que estos Establecimientos tendrán de 90 á 120,000 reales anuales, según sus circunstancias y necesidades:—Vista la Real orden de 10 de Febrero de 1858, que contrayéndose á resolver una consulta concreta al Seminario Conciliar de Ciudad-Rodrigo, determinó que se le imputasen en parte de su dotación el producto de los bienes de su antigua propiedad que le habían sido devueltos:—Visto el artículo 18 del Convenio celebrado con la Santa Sede en 25 de Agosto de 1859, publicado como Ley de Estado en 4 de Abril de 1860:—Considerando que ninguna de estas disposiciones, que cita la Real orden mencionada por V. E. en 14 de Febrero último, se opone al pensamiento que presidió á la consulta que este Ministerio hizo al del cargo de V. E. en Real orden de 30 de Marzo de 1860, que no fué otro que el de fijar con acierto las bases para liquidar á los Seminarios mediante la conversión en Inscripciones intrasferibles los capitales á que tengan derecho por los bienes enajenados, y determinar como una consecuencia inmediata la compatibilidad del cobro de los intereses de aquellas con el percibo íntegro de las asignaciones que tienen consignadas sobre el presupuesto:—Considerando que si se acordase la continuación del pago de los intereses, significado en la Real orden citada, aplazando el punto principal y mas importante que es la liquidación del capital de debe producirles, se prolongaría una situación inconveniente á la vez para el Tesoro y para los Seminarios:—Considere-

rando que el medio mas expedito y legal para que se llene el objeto expresado al final de la Real orden de 14 de Febrero último, de que no resulten perjudicados los intereses del Estado, es sin duda alguna la pronta emisión de las Inscripciones que correspondan á los Seminarios, para que sabida la renta que estas les produzcan, pueda fijarse por ese Ministerio la subvencion que ha de pesar sobre el presupuesto del Estado:—Considerando quo por una Real orden, comunicada en 9 de Diciembre de 1858 por ese Ministerio al de Hacienda, relativa á la edificacion de los bienes y rentas de los Seminarios Conciliares para los efectos de las leyes desamortizadoras, se consideraron como eclesiásticos, habiendo en su consecuencia recaido la de 23 del mismo mes, comunicada por este Ministerio á la Dirección de Propiedades y Derechos del Estado, confirmando la expresada calificación de eclesiásticos, y exceptuando los de la venta, siguiéndose de este precedente que no pueden aplicarse para la liquidacion de los bienes de aquella procedencia, vendidos y que se vendan, las bases acordadas por la ley de 1.^º de Abril de 1859 para los bienes de Instrucción pública, sino que procede que siga respecto de ellos la legislación establecida para los del Clero;—Y considerando, por último, cuánto importa, así para la independiente y decorosa subsistencia de los Seminarios como para la seguridad de los intereses del Estado, que se conozca definitivamente el capital que les corresponda, y por consiguiente, la cuantía de las asignaciones que deban pesar sobre el presupuesto; S. M., de conformidad con lo propuesto por la Dirección general de Contabilidad, se ha servido mandar: 1.^º que los Seminarios Conciliares, atendido su carácter especial eclesiástico, según está declarado de acuerdo con el

dictámen del Consejo de Estado en pleno, por Real orden de 23 de Diciembre de 1838, sean indemnizados de sus bienes enagenados y de los que deben enagenarse, con sujecion á las bases de commutacion é indemnizacion establecidas para los bienes del Clero, por el Concordato, y las disposiciones administrativas dictadas para su ejecucion: 2.^º que la Dirección general de Contabilidad cese, en su consecuencia, de entender en el exámen y aprobacion de las liquidaciones que existen en la misma, procedentes de los bienes vendidos á los Seminarios, quedando aquellas sin perjuicio de utilizar los datos que contienen para facilitar la más rápida emisión de las Inscripciones que corresponda expedir á favor de aquellos Institutos: 3.^º que se sigaísque á V. E., la necesidad de que por ese Ministerio se adopten las disposiciones oportunas para que con la posible brevedad se formen y remitan los Inventarios de tasacion de los bieaes de los Seminarios no vendidos, que deban serlo, para su adjudicación definitiva al Estado, y la simultánea commutacion en las Inscripciones equivalentes: 4.^º que la entrega de estas á los Seminarios Conciliares se haga por conducto de ese Ministerio, siguiendo los trámites establecidos para las que se emitan á favor del Clero: 5.^º que se recojan y anulen las Inscripciones que se han emitido á favor de algunos Seminarios en virtud de las liquidaciones aprobadas por la Dirección general de Contabilidad, tan luego como les sean entregadas las nuevas Inscripciones: 6.^º que llegado este caso, se practique una liquidacion por las Contadurias, en que acreditando á los Seminarios los intereses que por las Inscripciones que va i á constituir la renta de los mismos les correspondan hasta el último semestre vencido en la fecha de la liquidacion, se les

aplique en pago lo que hayan recibido de las Tesorerías, tanto por intereses de las Inscripciones que deben recogerse, como por los anticipados por las inscripciones no emitidas; y 7.^o que conocida que sea la cuantía de las rentas de cada Seminario por las Inscripciones en que vá á quedar en último término sustituida la propiedad de los mismos, quede á cargo de ese Ministerio, con conocimiento de los gastos y cargas que pesan por todos conceptos sobre estos Institutos, el modificar al formar el presupuesto del clero las cuotas que se les designan en virtud del artículo 35 del Concordato.

De Real órden lo traslado á V. S. I. para su conocimiento y efectos que hubiese lugar. Dios guarde á V. S. I. muchos años. Madrid 9 de Julio de 1862.—
Fernandez Negrete.—Ilmo. Sr. Obispo de Plasencia.

LAS QUINCE ROSAS DE LA MADRE DE JESÚS
Ó SEA
DEVOTAS NOVENAS EN HONOR DE LOS QUINCE MISTERIOS DEL ROSARIO
Á LAS QUE SE AÑADE LA DE LA SANTÍSIMA VIRGEN CON EL MISMO
TÍTULO COMPRENSIVA DE TODOS LOS MISTERIOS.

Esta obra, única quizás en su clase y que por lo mismo tiene el mérito de la originalidad, acabó de darse á luz en Madrid, imprenta y librería de D. Eusebio Aguado. Creemos que su autor, el Dr. D. Ruperto de Urra, Lector de Teología exclaustrado del Orden de Predicadores, Predicador de S. M. y Rector del Seminario Conciliar de esta Ciudad de Plasencia ha llenado completamente el fin que se ha propuesto al publicar esta obra cual fué enfervorizar más y mas en el amor divino á los fieles cristianos, venerando los misterios del Santísimo Rosario.

Las personas que quieran hacerse con esta obra de tanta importancia, pueden dirigirse á Madrid, imprenta de D. Eusebio Aguado.—Pontejos, 8.

PLASENCIA, IMPRENTA DE LOS MENORES DE RAMOS.